Post *Alberis Clarke* praefata inuenta (u. *supra* p. 1) edenti Ciceronis *pro Flacco* orationem apparatu critico instaurandam praesto sunt copiae luculentae a *Ludouico Fruchtel* in editione Teubneriana diligentissime comparatae. Traditarum autem lectionum materiam meo iudicio usus fere totam inde repetiui — quid enim causae sit eius minuendae praesertim cum testes notatu digni pauci sint? sed coniecturas nostris temporibus propositas aliquot in meum apparatus non recepi etsi *Fruchtel* laudabiliter parcus est eas afferendi. Quas attuli in apparatu omnes examinando dignas esse iudico quamquam textum non mutare praefero.

Institui apparatus criticum ita, ut lectiones in textum receptas illic non repetere mihi in proposito esset nisi ubi timendum erat, ne parum appareret quae

ratio inter textum et apparatus intercedat. Attamen saepenumero lectio in apparatu repetenda erat, cum non codici, sed editioni alicui debebatur; alio enim modo unde sumpta esset latebat.

In praefatione componenda imprimis id studui, ut exemplis luculentis demonstrarem, quae cuiusque testis sint uitia et uirtutes, quid quique ualeat. Ita fit ut magna praefationis pars dispositione et copiis dissimilis sit editionis Teubnerianae.

Ceterum uelim profiteri noua expectanda non esse in fundamentis editionis Flaccianae iactandis. Sed spero me noua attulisse si non multis, sed aliquot locis explicandis, ut tradita melius intellegantur itaque confirmentur.

A. d. VIII Id. Mai anno MDCCCCLXIII.

FRIDERICVS ZUCKER

CONSPECTVS STVDIORVM  
AD TEXTVM PERTINENTIVM

(*Hermann Thomas?*) *Karsten*, «Mnemosyne» N. S. 7 (1879) 300 sqq. *Jos. Klein*, Über eine Handschrift des Nicolaus von Cues Berlin 1866. *Hermann Ad. Koch*, Coniectanea Tulliana Programma Portense (Schul- pforta) Naumburg 1868. *Krafft*, Programm Aurich 1883. *C. A. Lehmann*, «Hermes» 14 (1879) 627 sq. «Wo- chenschr. f. Klassische Philologie» (1884) 938 sqq. *Joan- nes Nicolaus Madvig*, Epistula critica ad Orellium 1828; Aduersaria critica ad scriptores Graecos et La- tinos 1871-73. *Pluyg*. 1.<sup>a</sup> = *W. G. Phuygers*, «Mnemo- syne» 6 (1857) 138 sqq. N. S. 9 (1881) 138 sqq. *Schoell- Friix Schoell*, «Rhein. Mus.» N. F. 51 (1896) 381 sqq. *Éduard Stroebel*, «Philologus» 52 (1894) 489 sq. 70 (1911) 442 sqq.

CONSPECTVS LIBRORVM

**A** = cod. *Ambrosianus* R 57 olim *Bobiensis* deleticius saec. v; continet *fragmentum q.d. Mediolanense* p. 6,2-7,8.  
**V** = cod. *tabularii Basilicae Vaticanae* H 23 saec. IX membranaceus; continet p. 28,19-43,8 (littera- rum si ueras... est egentium).  
**C** = cod. *Nicolai Cusani* C 14 (nunc 52) *excerpta Se- duli Scotti* continens saec. XII.  
**Σ** = cod. *Parisinus* 14 749 olim *S. Victoris* 91 saec. XV.  
**b** = cod. *S. Marci* 255 (*Bibl. Nat. Flor.* I IV *Lag.* 6) saec. XV.  
**b**<sup>1</sup> = librarius ipse.  
**B** = corrector.

CONSPECTVS LIBRORVM

17

§ = codd. recentiores siue plerique siue singuli *Lag.* = collationes ab *H. Lagomarsino* cardinali (1698-1773) e compluribus codicibus re- centioribus comparatae.  
ω = **Σb** cum § plerisque.

*schol.* = scholia *Bobiensia* palimpsesti saec. V.

Supplementum *Peutingianum* p. 62,7-66,16.

Versus octo uel paulo plus supra quinquaginta quos *Chunradus Peutinger* ab Hieronymo *Rorario* *Foroiu- liensi* sibi datos esse affirmavit, codicis non traditi in editione *Cratandrina* anni 1528 ab illo publicati. Accedunt lectiones in excerptis *Mariangeli Accursi* (cod. Ambr. O 125 sup. fol. 180-183) exstantes, *Naugeri* in ed. *Victoriana* mense Dec. anni 1534 emissae, praeterea editionis *Hervagianae* quae eiusdem anni mense Febr. prodiit ab illis *Cratandrinis* discrepantes.

- Ang.* = *Nicolaus Angelius* (Angeli), Orationes Florentiae 1515.  
*Naug.<sup>1</sup>* = Orationum editio *Alđina* Venetiae 1519 curata ab *Andrea Naugero* (Nauagero).  
*Cral.* = Opera omnia per *Andream Cratandrum* Basileae 1528, inest Peut. = *supplementum Peutingianum*.  
*Herv.* = Opera omnia ex officina *Hervagiana* (*Johannes Hervagen*) Basileae 1534.  
*Naug.<sup>2</sup>* = Operum omnium editio qu. u. *Victoriana* ex exemplari ut uidetur *Naugeri* in officina *Juntae* Venetiae 1534-37.  
*Rob. Steph.* = *Robertus Stephanus* (Estienne) Opera Parisiis 1539.  
*Man.* = *Paulus Manutius* Orationes Venetiae 1540-46; ad marginem exscripsit paucas lectiones *Levinus Torrentius* archepiscopus *Brabantiae*.  
*Camerarius* = *Joachimus Camerarius* Opera omnia Basileae 1540.  
*Sylu.* = *Franciscus Syluius* Orationes cum *Francisci Syluii* commentariis Basileae 1532 Oratio pro *Flacco* cum comment. *Francisci Syluii* Parisiis 1535.  
*Car. Steph.* = *Carolus Stephanus* (Roberti frater) Opera Parisiis 1555.  
*Faern.* = *Faernus* (*Gabriello Faerno*) *Cremonensis* 1563.  
*Lamb.* = *Dionysius Lambinus* *Monstroliensis* Opera omnia Parisiis 1566.  
*Gruterus* = *Janus Gruterus* Opera omnia *Hamburgi* 1618, insunt *Gul.* = *Jani Grutelmii* *Lubeckensis* notae.

- Graeu.* = *Joannes Graevius* *Naumburgensis* Opera omnia cum notis uariorum *Amstelodami* 1695-99.  
*Gar.* = *Gasparus Garatoni* *Rauenensis* Opera omnia ex recensione *Graeui* *Neapoli* 1777-88. *Lectiones* codicis V ipse exscripsit *Garatoni*.

*Joannes Augustus Ernesti* Opera omnia *Halae* 1774-77.  
*Christianus Godofredus Schuetz* Opera omnia *Lipsiae* 1814-23.

- Orelli* (*Joannes Casparus*)-*Baier* (*Joannes Georgius*)-*Halm* (*Carolus*) Opera quae supersunt omnia editio altera emendator *Turici* 1845-62.  
*Baier* (*Joannes Georgius*)-*Kayser* (*C. L.*) *Lipsiae* 1862-69 ed. *Tauchnitziana*.  
*Reinholdus Klotz* Scripta quae manserunt omnia *Lipsiae* 1851-61, deinde 1863-74 *Bibliotheca Teubneriana*.  
*C(arolus) F(ridericus) W(ilhelmus) M(üller)* Scripta quae manserunt omnia part. II uol. II *Lipsiae* 1908 *Bibliotheca Teubneriana*.  
*Albertus Curtis Clark* *Orationes Oxonii* 1909, postremum impressa 1956 *Editio Oxoniensis*.  
*Ludouicus Fruedtel* Scripta quae manserunt omnia, uol. VI 7 *Lipsiae* 1932 editio singularis minor 1932 *Bibliotheca Teubneriana*.  
*Andreas Bostlanger* *Discours* t. XII *Paris* 1947 *Edition Budé*.

## CVM COMMENTARIIS

- Adolf Du Mesnil* *Ciceros Rede für L. Flaccus*, erklärt von *Leipzig* 1883.  
*T. B. L. Webster* *M. Tullii Ciceronis Pro L. Flacco oratio*, edited with introduction and notes by *Oxonii* 1933.  
*S. F. Moscrop* *M. Tullii Ciceronis Pro L. Flacco oratio* with introduction, notes and vocabulary *London* and *Glasgow* 1933.

41 Atque hic Dorylensis nuper cum efferretur magna frequentia conuentuque uestro, mortis illius inuidiam in L. Flaccum Laelius conferebat. Facis iniuste, Laeli, si putas nostro periculo uiuere tuos contubernales, praesertim cum tua neglegentia factum arbitremur. 5 Homini enim Phrygi, qui arborem numquam uidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Cuius mors te aliqua releuauit: edacem enim hospitem amisisti; Flacco uero quid profuit? qui ualuit tam diu, dum huc prodiret, mortuus est aculeo iam emisso ac dicto testimonio. 10 At istud columen retentionis tuae, Mithridates, potestaequam biduum retentus testis a nobis effudit quae uoluit, omnia repressus, conuictus fractusque discessit. ambulat cum lorica; metuit homo doctus et sapiens, ne L. Flaccus nunc se scelere alliget, cum iam testem illum effugere non possit, et qui ante dictum testimonium sibi temperarit, cum tamen aliquid assequi

6-7 homini... obiecisse (sic cod.). *schol.* 8-10 Flacco... testimonio *schol.* 12-13 effudit... discessit C

1 Dorulenis V nuper (om. cum) Σ cum nuper b efferretur] *Faern.* haec feretur (-ertur in *ras.* V<sup>1</sup>) V efferretur Σ efferretur b magnae V efferretur, magna... consensuque *distinx.* *Muell.* 2 conuentuque] *Kayser* consensuque Vω consensuque *Naug.* 3 in Flaccum Laelius V<sup>1</sup> in L. Flaccum L. Laelius V<sup>1</sup> satis (*pro* facis) Σ 'non male' *Fruecht.* 4 nostros (sic) periculo V periculo nostroω tuos]ω uos V 5 quum tua V quod aut Σ quod haud b<sup>1</sup> quod tua B arbitranur Σ 6 *frugi schol.* frugi V arborem] V *schol.* arborem fici ω uidisse *schol.* 7 te aliqua releuauit] *coni.* R. *Klotz* te aliqua releuauit V te ex aliqua parte releuauit ω 8 admisisti V 9 profuit *cod.* *schol.* quid *pro* qui B hinc in *mg.* Σ prodires V 10 dimisso (*inter* d et m *superscr.* i) Σ demisso b 11 at istud] B ut istud V ut istud Σ et illud b<sup>1</sup> actionis ω potestaequam quam V (-qua *del.* V<sup>2</sup>) 12 uidum V a uobis b<sup>1</sup> quae V<sup>2</sup> q' V 13 repraesens V repraesens C reprehensus ω 14 ductus V<sup>1</sup> 15 allicet V<sup>1</sup> 16 effugit V<sup>1</sup> in *ras.* ecfugit V<sup>1</sup> ut uidetur et *coni.* *Muell.* ut V 17 temperauit Σ tum cum aliquid b<sup>1</sup>

posset, is nunc id agat, ut ad falsum auaritiaet testimonium uerum malefici crimen adiungat. Sed, quoniam de hoc teste totoque Mithridatico crimine disseruit subtiliter et copiose Q. Hortensius, nos, ut instituumus, ad reliqua pergamus.

Caput est omnium Graecorum concitantorum, qui 18 cum accusatoribus sedet, Heracles ille Temnites, 42 homo ineptus et loquax, sed, ut sibi uidetur, ita doctus, ut etiam magistrum illorum se esse dicat. At, 10 qui ita sit ambituosus, ut omnis uos nosque cotidie persalutet, Temni usque ad illam aetatem in senatum uenire non potuit et, qui se artem dicendi traditurum etiam ceteris profiteatur, ipse omnibus turpissimis iudiciis uictus est. Pari felicitate legatus una uenit 43 15 Nicomedes, qui nec in senatum ulla condicione uenire potuit et furti et pro socio damnatus est. Nam princeps legationis, Lysania, adeptus est ordinem senatorium, sed cum rem publicam nimium amplecteretur, pecculatus damnatus et bona et senatorium nomen 20 amisit. Hi tres etiam aerarii nostri tabulas falsas esse uoluerunt; nam seruos nouem se professi sunt habere, cum omnino sine comite uenissent. Decreto

3 totoque Mithridatico crimine *schol.* 9-11 et qui... persalutem *cod.* *schol.* 13 turpissimis iudiciis *cod.* *schol.* 16-19 et furti et pro furti socio damnatus est *schol.* nam (p. 32, 11) Lysanias adeptus... damnatus est *schol.*

1 possas (-as in *ras.* V<sup>1</sup>) V nunciat V<sup>2</sup> in *ras.* (om. is) ad ut V<sup>1</sup> fa-*indux.* V<sup>1</sup> 2 uerum etiam ω quoniam] VB om. Σ b<sup>1</sup> 3 toto quae V<sup>1</sup> crimine] om. Σ testimonio b<sup>1</sup> 4 subtiliter V et subtiliter Σ b<sup>1</sup> quintus V 6 graegarum V<sup>1</sup> 7 aeraclides V temutes Σ tenites b<sup>1</sup> 9 aliorum Σ esse se ω 9-11 dicat et qui... persalutet. Temni *priores ante Baieri distinctiones, qui idem emendauit* at et V *schol.* ω 10 nos que V nos *schol.* (om. -que) 12 potuit is et V potuit et is qui uel 11 is Temni *Stroebel* 13 profitetur Σ b<sup>1</sup> turpissimis *Schol.* ω (turbis b<sup>1</sup>) 14 conuictus ω conuictus Σ una legatus ω 15 neque ω 16 furtim V 17 Lysanias *schol.* ω 19 damnatus est V *schol.* Σ aerari V 21 se] om. Σ post sunt b

scribendo primum uideo adfuisse Lysaniam, cuius fratris bona, quod populo non solvebat, praetore Flacco publice uenerunt. Praeterea Philippus est, Lysaniae gener, et Hermobius, cuius frater Pollis item pecuniae publicae est condemnatus. Dicunt se Flacco 5 et iis, qui simul essent, drachmarum  $\text{cc}10000$  dedisse.

44 Cum ciuitate mihi res est acerrima et conficientissima litterarum, in qua nummus commoueri nullus potest sine quinque praetoribus, tribus quaestoribus, quatuor mensariis, qui apud illos a populo creantur. Ex 10 hoc tanto numero deductus est nemo, et, cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referant, maiorem aliam cum huic eidem darent, in aedem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt, quod minime conuenit. Nam aut omnia occulte referenda fuerunt aut 15 aperte omnia. Cum perscribunt nominatim, nihil timent, nihil uerentur; cum operi publico referunt, idem homines subito eundem, quem contempserant, pertimescunt. Si praetor dedit, ut est scriptum, a quaestore numerauit, quaestor a mensa publica, mensa 20 aut ex uectigali aut ex tributo. Numquam erit istuc simile criminis, nisi hanc mihi totam rationem omni et personarum genere et litterarum explicaris.

9 quattuor mensaris *cod. schol.* 10 ex (*om.* hoc) tanto numero deductus est nemo *schol.*

1 scribendos (s *extr. uel* V) V lysaniam  $\Sigma$  2 quod is  $\omega$  3 phylippus V 4 lysiae V fratrem V Polēs  $\omega$  5 publice V condempnatus V 6 is V hūs  $\Sigma$  dragmarum V ( $\tau^1$  V<sup>2</sup> *in ras.*) dragmarum  $\Sigma$  *forma numeri in* V; cc. | n. (= cc10000) xv milia  $\omega$  7 acerrime V (-ma V<sup>2</sup>) et conficientissima] *om.*  $\Sigma$  b<sup>1</sup> et conficientissimum litterarum diligentissima  $\S$  *Lamb.* 8 nullus commoueri  $\Sigma$  moueri nullus  $\S$  9 tribus] *om.* V quaestoris b<sup>1</sup> 10 apud V crenatur V 11 cum]  $\Sigma$  *supra l.* cū V 12 maiorem etiam aliquam (aliam  $\S$  *Lamb.*)  $\omega$  13 eidem] *Lag.* 19 *Faern.* fide V idem  $\Sigma$  b<sup>1</sup> idem  $\omega$  in aedem]  $\omega$  indem V 15 occultae V occultata referenda *ex* reficienda V 16 praescribunt V nominatim Flacco  $\omega$  19 quaestorae *ex* quaestura V 21 a uectigali B uectigalia V (-a *eras.*) istud  $\omega$  22 hanc] *Niebuhr* hunc V *om.*  $\omega$  ex omni b<sup>1</sup>

Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines 45 clarissimos ciuitatis amplissimos usos honoribus hoc praetore circumuentos, cur hi neque in iudicio adsunt neque in decreto nominantur? Non enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclidam. Vtrum enim est in clarissimis ciuibus is, quem iudicatum hic duxit Hermippus, qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit a suis ciuibus, sed usque Tmolopetuii cui nullus honos in sua ciuitate habitus est 10 unquam, res autem ea, quae tenuissimis committatur, huic una in uita commissa sola est? Custos T. Auſidio praetore in frumento publico est positus; pro quo cum a P. Varinio praetore pecuniam accepisset, celauit suos cuius ultroque iis sumptum intulit. 15 Quod posteaquam Temni litteris a Varinio missis cognitum atque patefactum est, cumque eadem de re Cn. Lentulus, qui censor fuit, Temnitarum patronus, litteras misisset, Heraclidam istum Temni postea nemo uidit. Atque ut eius impudentiam perspicere possitis, 40 20 causam ipsam, quae leuissimi hominis animum in Flaccum incitauit, quaeso cognoscite. Fundum Cy-maenum Romae mercatus est de pupillo Meculonio. Cum uerbis se locupletem faceret, haberet nihil praeter illam impudentiam, quam uidetis, pecuniam sumpsit

6 quem iudicatum (hic *om.*) duxit Hermippus *schol.* 14 ultroque... intulit *schol.* 18-19 Heraclidam... uidit *schol.*

3 hi (i i  $\S$ ) neque]  $\omega$  in ea quae V 5 heraclidem  $\Sigma$  6 in clarissimis est  $\omega$  cibibus V isque  $\Sigma$  7-11 *distinx.* *Muell.* Hermippus? qui... petiuit? ...sola est *prior*es hermippus *ex* hermippus V 8 a] *om.* V<sup>1</sup> usque] V hūs que  $\Sigma$  usque a *Lamb.* usque e *Bailler* molo V<sup>1</sup> Timolo b<sup>1</sup> tmolo  $\Sigma$  (i *inter t et m*  $\Sigma$ ) 10 res]  $\Sigma$  *supra l.* tenuissimis] *ex* -mu V 11 uni  $\omega$  12 t.] *om.* V<sup>1</sup> 13 uarino  $\Sigma$  uarreno b 14 hūs  $\Sigma$  sumtum V 15 p. uarino  $\omega$  16 regna eius (*pro* re Cn.) V 18 misisset V heraclidem  $\Sigma$  B tempni V nemo postea  $\omega$  20 leuissimi V<sup>1</sup>  $\omega$  21 quaese V cumu (*pro* Cy-maenum)  $\Sigma$  22 pupillo]  $\omega$  *ex* pupilo V<sup>2</sup> P. *Vrsinus* 24 allam impudentiam V

mutuam a Sex. Stloga, iudice hoc nostro, primario, uiro, qui et rem agnoscit neque hominem ignorat; qui tamen credidit P. Fului Nerati, lectissimi hominis, fide. Ei cum solueret, sumpsit a C. M. Fufis, equitibus Romanis, primariis uiris. Hic hercule 'cornici oculum', ut dicitur. Nam hunc Hermippum, hominem eruditum, cuius suum, cui debebat esse notissimus, percussit. Eius enim fide sumpsit a Fufis. Securus Hermippus Temnum proficiscitur, cum iste se pecuniam, quam huius fide sumpserat, a discipulis suis didiceret Fufis persoluturum. Habebat enim rhetor iste adulescentis quosdam locupletis, quos dimidio redderet stultiore, quam acceperat; neminem tamen adeo infatuare potuit, ut ei numerum ullum crederet. Itaque cum Roma clam esset profectus multosque minuitis mutuacionibus fraudauisset, in Asiam uenit Hermippoque percontanti de nomine Fufiano respondit se omnem pecuniam Fufis persoluisse. Interim,

3-4 qui tamen... fide *schol.* 5 hic ercle cornici oculum ut dicitur *cod. schol.* 11-13 habebat (*om.* enim) rhetor... acceperat C habebat discipulos quos... acceperat *schol.* habebat enim rhetor iste discipulos quos... numerum conderet (*concederet cod. Ambr.*) *Arus. GL VII 465,10* 14 infatuare *schol.*

1 mutuam] B mutuam b<sup>1</sup> tum Σ tuma.s (V<sup>1</sup> tuma.s<sup>1</sup>) exto V a] *om.* b<sup>1</sup> Stloga] *Gar.* si loga V stola Σ scola b iudices V 5 2 homines b<sup>1</sup> 3 P.] V 6 L. *schol.* Nerati] V *schol.* ueratus Σ neratii b<sup>1</sup> homini V<sup>1</sup> 4 fideri V fideis ω ei] *om. schol.* ..a. CMV ACMA. Σ a C. et M. b<sup>1</sup> fufis V fufis b<sup>1</sup> equibus V<sup>1</sup> 7 sume (e *expuncta*) V 8 fides sumpsit fufis V 9 sese ω 11 fufis B fufio V fufio Σ fusio b<sup>1</sup> 12 adulescentis VC ω discipulos *schol.* *Arus.* discipulos adulescentis *Raus* locupletis V reddidit C 13 stultiore V post acceperat *add.* ubi nihil possent (B possint Σ posse b<sup>1</sup>) discere (dicere b) nisi ignorantiam litterarum ω e *comment. schol. interpolata om.* V *Arus.* tamen] V *Arus.* quidem ω 14 et numerum (t et nu in *ras.*) V ei animum b<sup>1</sup> ullum] *om.* b<sup>1</sup> *Arus.* 15 Roman V 17 percunctanti B percunctanti b percunctant ei V fusiano Σ respondet B 18-18 (p. 52) pecuniam... quid in re sit *om.* Σ *et pars cod.* 5 *suppl.* b in *marg.* (*ex V ut uidetur*)

neque ita longo intervallo, libertus a Fufis cum literis ad Hermippum uenit; pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclida petit; ipse tamen Fufis satis facit absentibus et fidem suam liberat; 5 hunc aestuantem et terguersantem iudicio ille persequitur. A recuperatoribus causa cognoscitur. Nolite 48 existimare, iudices, non unam et eandem omnibus in locis esse fraudatorum et infitiatorum inpatientiam. Fecit eadem omnia, quae nostri debitores solent; ne 10 gaudet sese omnino uersuram ullam fecisse Romae; Fufiorum se adfirmat numquam omnino nomen audisse; Hermippum uero ipsum, pudentissimum atque optimum uirum, ueterem amicum atque hospitem meum, splendidissimum atque ornatissimum cuius 15 tatis suae, probris omnibus maledictisque uexauit. Sed, cum se homo uolubilis quadam praecipiti celeritate dicendi in illa oratione iactaret, repente testimoniis Fufiorum nominibus recitatis homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. Itaque recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione 20 iudicauerunt. Cum iudicatum non faceret, adductus Hermippo et ab hoc ductus est. Habetis et honestatatem hominis et auctoritatem testimonii et causam omnem simultatis. Atque is ab Hermippo missus 25 sus, cum ei pauca mancipia uendisset, Romam se contulit, deinde in Asiam rediit, cum iam frater meus Flacco successisset. Ad quem adit causamque ita detulit, recuperatores ui Flacci coactos et metu falsum inuitos iudicauisse. Frater meus pro sua ae-

12-14 uir prudentissimus (*sic*) atque optimus splendidissimus et ornatissimus C 18-19 homo... obmutuit *schol.* pertinuerit *cod. schol.*

3 petit b 4 fecit b 7 existimare V<sup>1</sup> 8 impudentiam *uulgo* 9 debilitores V 10 se b 11 fuifiorum V<sup>1</sup> se *Naug.* sed Vb 15 propriis (*alteri p. suspensor.* b) V uexauit] *Man.* (*melior clausula*) uexat Vb 16 praecipiti caeleritate V 17 oratione] 5 ratione Vb 18 -que] *om.* b 26 redit V quum V 29-1 (p. 50) equitate prudentia quae V

1963  
von F. Raudodora  
Kapitz Str.

quitate prudentiaque decreuit, ut, si iudicatum negaret, in duplum iret; si metu coactos diceret, haberet eosdem recuperatores. Recusauit et, quasi nihil esset actum, nihil iudicatum, ab Hermippo ibidem mancipia, quae ipse ei uendiderat, petere coepit. M. Gratiuius 5 legatus, ad quem est aditum, actionem se daturum negauit; re iudicata stari ostendit placere. Iterum iste, cui nullus esset usquam consistendi locus, Romam se retrulit; persequitur Hermippus, qui nunquam istius impudentiae cessit. Petit Heraclides a C. Plotio 10 senatore, uiro primario, qui legatus in Asia fuerat, mancipia quaedam, quae se, cum iudicatus esset, per uim uendidisse dicebat. Q. Naso, uir ornatissimus, qui praetor fuerat, iudex sumitur. Qui cum sententiam secundum Plotium se daturum ostenderet, ab eo 15 iudice abiit et, quod iudicium lege non erat, causam totam reliquit. Satisne uobis, iudices, uideor ad singulos testes accedere neque, ut primo constitueram, tantum modo cum uniuerso genere configere?

51 Venio ad Lysaniam eiusdem ciuitatis, peculiarem 20 tuum, Deciane, testem; quem tu cum ephuebum Temni cognosces, quia tum te nudus delectarat, semper nudum esse uoluisti. Abduxisti Temno Apollonidem; pecuniam adulescentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupauisti. Hanc fiduciam commissam tibi 25

2 in duplum iret *schol.* 22-23 qui tunc te... uoluisti *schol.*

4 marcupia V (a<sup>1</sup> in ras. V<sup>1</sup>) 6 at quem V  
9 retulit V<sup>1</sup> 10 impudentia ecessit V Heraclidae V  
Heraclida comi. *Muehl.* 12 quaedum V esset per uim,  
uendidisse comi. *Du Mesn.* 13 uendisse V<sup>1</sup> uendidae V<sup>1</sup>  
15 ostenderet ab] V<sup>1</sup> *Faern.* ostenderet et ab V<sup>1</sup>b  
16 abiit et] *Faern.* habitet V abiret b 20 ueniat  
lys. V 21 tuum] 5 tum V cum b decianae V<sup>1</sup>-te V<sup>1</sup>  
*lit.* i nunc *expuncta* Deciani b Teni b 22 cognosces  
V<sup>1</sup> cognosces V<sup>1</sup> cognosces b quia tum] *Faern.* qua-  
tum V qui tunc *schol.* quoniam b delectauerat *schol.*  
delectaret 5 23 abduxisti] *Nang.*<sup>1</sup> adduxisti Vb  
24 foenore V fiducia] V pecunia b

dicis; tenes hodie ac possides. Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni uenire ad testimonium dicendum coegisti; qui quoniam testimonium nondum dixit, quidnam sit dicturus, expecto. Noui genus ho- 5 minum, noui consuetudinem, noui libidinem. Itaque, etsi teneo, quid sit dicere paratus, nihil tamen contra disputabo, priusquam dixerit. Totum enim conuertet atque alia finget. Quam ob rem et ille seruet, quod parauit, et ego me ad id, quod adtulerit, integrum 10 conseruabo.

Venio nunc ad eam ciuitatem, in quam ego multa 22 et magna studia et officia contuli, et quam meus 32 frater in primis colit atque diligit. Quae si ciuitas per uiros bonos grauesque homines querellas ad uos 15 detulisset, paulo commoueret magis. Nunc uero quid putem? Trallianos Maeandrio causam publicam commisisse, homini egenti, sordido, sine honore, sine estimatione, sine censu? Vbi erant illi Pythodori, Archidemi, Epigoni, ceteri homines apud nos noti, 20 inter suos nobiles, ubi illa magnifica et gloriosa ostentatio ciuitatis? Nonne esset pudendum, si hanc causam agerent seuerē, non modo legatum, sed Trallianum omnino dici Maeandrium? Huic illi legato, huic pu-

1-3 eum spe... coegisti (*om.* tu testem) *schol.* 4 quidnam si (*sic*) dicturus expecto *schol.* 16 Trallianos causam publicam Meandro homini sordido commisisse *schol.*

1 dicis] *om.* b cum tu b 3 nondum] *Faern.* *om.* Vb  
4 nui (*pro* noui) V 6 ratus V<sup>1</sup> in ras. pa- *anteposuit*  
V<sup>1</sup> 7 conuertit V 9 et eo me V inigrum V 11  
qua in V<sup>1</sup> 12 et] *om.* V studia] *om.* b contulit  
quam V<sup>1</sup> 13 atquae V 14 querellas] V 15 ma-  
gis] *om.* 5 16 prallianos (*p* in ras. V<sup>1</sup>) meandrio V  
P. (i. e. publicam) V<sup>1</sup> *om.* V<sup>1</sup>b -misisse ho-V<sup>1</sup> in ras.  
17 egentis ordido V honorem V (*in expuncta* V<sup>1</sup>)  
aestimatione b 18 si V<sup>1</sup> cesu V<sup>1</sup> pythodoria et idem  
iepisoni (-ne V<sup>1</sup>) Vb Pythodori Aetidemi Lepisones (-ni  
5] 5 *Faern.* Aetidemi Epigoni Bati. Archidemi Critones  
*Niebuhr* 19 apud V 21 putidum 5 22 Trallianum  
V 23 deci V<sup>1</sup>